Latein Hausarbeit Paul Röck 9b

[15]

1 Alterum genus est equitum.

Hi,

cum est usus atque aliquod bellum incidit (quod fere ante Caesaris

(adventum quotannis accidere)

solebat,

uti aut ipsi iniurias inferrent aut illatas propulsarent),

omnes in bello versantur,

2 atque eorum ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se

ambactos clientesque habet.

Hanc unam gratiam potentiamque noverunt.

[26]

1 Est bos cervi figura,

cuius a media fronte inter aures unum cornu exsistit excelsius magisque directum his,

quae nobis nota sunt,

cornibus:

2 ab eius summo sicut palmae ramique late diffunduntur.

3 Eadem est feminae marisque natura,

eadem forma magnitudoque cornuum.